Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26479
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ingressu deuotissime peragerer. recepto quod amiserat lumine recessit. Non multo interiecto tempore cum festiuitas octauarum epyphanie annuo celebraretur officio. cunctis tempore sacrificii ad ecclesiam conuenientibus luminaria et candele incendebantur ex more. Una autem candela sine lumine inter ceteras ardentes dimissa. inter sacra misse sollemnia principalis primo cepit paulatim fumo tenui uaporare. deinde uidentibus non paucis flammam concipiens et ceteris clarius rutilans signum effectum splendoris singulariter commendauit.

Nuper quoque de natione scottorum quibus consuetudo peregrinandi iam pene in naturam conuersa est. quidam aduenientes unum ex suis cuiatoribus multiplici peste possessum meo de monasterio dimiserunt. Qui cum [illegible]m qui aliquantis ibidem moraretur diebus [illegible]oris